

**Dissertatio medica inauguralis, de febre maligna biliosa Americae ... /
[John Moultrie].**

Contributors

Moultrie, John, 1729-1798.
University of Edinburgh.

Publication/Creation

[Edinburgi] : Ex officina Roberti Flaminii, 1749.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/n5ndpj6z>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

J. F. G. DE

Febre maligna biliosa AMERICAЕ;

QUAM,

ANNUENTE DEO TER OPT. MAX.

Ex auctoritate reverendi admodum Viri

GULIELMI WISHART S. T. D.

ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,
ET NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICINAE DECRETO;

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

JOANNES MOULTRIE

ex Meridionali Carolinae provincia, A. et R.

Ad diem decimum Martii, hora locoque solitis.

Post ignem aetherea domo

Subductum, macies et nova febrium

Terris incubuit cohors.

Horat. carm. lib. 1. ode 3.

EX OFFICINA ROBERTI FLAMINII. M.DCC.XLIX.

DISSERTATIO MEDICA

IN PRÆSENTIA

D. ALEXANDRI ROBERTI DEBBAN

TOPICUM IN PRÆSENTIA

ORATIONIS

ARGUMENTO

IN PRÆSENTIA

ACADEMIA

D. GUILIELMO WILHELMO S. T. D.

ACADEMIA

ALICE

REGION

AMERICAN SENATUS ACADEMIA

AT PRÆSENTIA

MINISTRO GRADU IN PRÆSENTIA

ACADEMIA

ACADEMIA

ACADEMIA

JOHN W. B. S. T. D.

ACADEMIA

ACADEMIA

ACADEMIA

ACADEMIA

ACADEMIA

ACADEMIA

ACADEMIA

VIRO ILLUSTR
D. ALEXANDRO NISBET DE DEAN
EQUITI AURATO,

OB AMICITIAM MORUMQUE FACILITATEM
AEQUE CONSPICUO,
ET OB INNUMERA EJUS QUASI IN FILIUM
CUMULATA BENEFICIA
OPTIME MERITO;

NEC NON

ANDREAE ST. CLAIR

MEDICINAE PROFESSORI IN ACADEMIA EDINBURGENA

ET MEDICO REGIO,
HORTATORI STUDIORUM,
MAGNO IN PRIMIS
ET PRAECLARO VIRO,
NON SOLUM OB MEDICINAE
PERITIAM EGREGIAM,
SED ET OMNES ALIAS DOTES
ANIMIQUE FACULTATES
QUAE HOMINEM VERE ORNANT;

NEC NON

NEC NON

JOANNI MOULTRIE,

QUI IN CAROLI-OPPIDO

IN MERIDIONALIS CAROLINAE PROVINCIA

MEDICINAM EXERCET,

PATRI OPTIMO,

CUSTODI INTEGERRIMO,

SUB CUJUS AUSPICIIS

PRIMA ARTIS ELEMENTA HAUSIT,

CUJUSQUE LIBERALITATE

SUMPTUS, QUAM VELLE

HAUD INANES, PRAEBITI SUNT

AD STUDIA SUA PROSEQUENDA:

HOC QUAECUNQUE

GRATI ANIMI TESTIMONIUM

SACRUM VULT

JOANNES MOULTRIE.

DISSERTATIO MEDICA

De Febri maligna biliosa Americae.

MEDICINA Scientia est tantæ utilitatis et dignitatis, ut vitam et sanitatem, quibus nihil Mortalibus antiquius est, regulis suis complectatur; quid autem vitâ præstabilius, quæ sine sanitate certe nulla est?

Absque divinæ hujus scientiæ auxilio, vita nostra vel intra limites admodum angustos coarctaretur, vel sanitate destituta, morbisque perpetuis implicita, nobis et patriæ prorsus inutilis evaderet; nam ut alimenta sanis corporibus Agricultura, sic sanitatem aegris Medicina promittit.

Quid mirum igitur, cum tantum generis humani interfit, si omni ætate maximi honores medicis semper habeantur? Olim quidem, qui hanc scientiam adhuc rudem paulo subtilius excoluerunt, eos etiam in Deorum numerum referre Veteres non dubitarunt. Quo magis dignissimæ hujus scientiæ limen violare, et medicinam illotis quasi manibus temere attingere nos dedecet.

Optime igitur illustrissimæ hujus academiciæ legibus institutum est, ut qui honorem hunc petunt, et ad hujus scientiæ professionem aspirant, eos studiorum suorum rationem reddere, industriæque specimen aliquod in publicum proferre prius oporteat. Ut solennitati huic morem geram, quaedam in sequenti dissertatiuncula DE FEBRI MALIGNA BILIOSA AMERICAÆ dicere constitui. Argumentum hocce difficile sanè et arduum, et a nemine hætenus satis tractatum, præcipue elegi, non ingenio fretus, quod sentio quam sit

exiguum, sed ut aliorum scripta compilandi suspicionem evitare, et pestem hanc teterrimam, civibus meis adeo fatalem, describere conarer. Quo difficilius tractatu est hoc argumentum fere novum, eo majorem indulgentiam, et a celeberrimis Professoribus, et ab aliis Lectoribus benevolis, hae studiorum meorum primitiae postulabunt. Quantum in me est, quod solum promittere possum, in Observationibus morbi enumerandis, et Historia ejus tradenda Veritatem ducem et comitem habebo.

Febris haec malignans biliosa, de qua nunc agendum est, apud Gallos Americanos LA MALADIE DE SIAM, quia ibi plurimum grassatur; vel LA FIEVRE MATELOTTE, quippe ei nautae maxime obnoxii sunt; apud Hispanos, VOMITO PRETO; apud Anglos, THE YELLOW FEVER, OR THE BLACK VOMITING, a duobus horrendis ejus symptomatibus, humoris nempe nigricantis vomitione, et flavâ ad universam cutem effusione, nominatur.

Hic morbus in regionibus Americae septentrionalibus, mensibus Junio, Julio et Augusto, plerumque saevit; quo tempore suffocantes fere solis ardores, a quibus mali hujus originem postea exhibere conabor, pluviaeque copiosissimae quotannis accidunt, uti testantur Ephemerides calci hujus dissertationis annexae: in insulis autem Americanis, haud procul ab aequatore sitis, ubi per totum fere annum insignis dominatur calor, nec unquam acre mordet gelu, non solum praedictis, sed aliis etiam mensibus grassatur.

Qui in urbibus habitant, robusti, sanguinei, laboriosi, radiis solis, et aeri nocturno objecti, temulenti, Nautae denique, plebeii et praecipue Advenae hoc morbo saepissime laborant; raro autem locupletiores, impuberes, foeminaeve, quique vitam laboris expertem degunt, et non solis ardoribus multum expositi. Sed contra notandum est paucos Aethiopum, etsi omnibus hisce injuriis maxime objiciantur, unquam fere hunc morbum, sed vice ejus, febrim ardentem saepe contrahere.

Omnes homines, licet eodem temperamento praeditos et eandem vivendi normam servantes, febris haec haud aequè adoritur; hisce enim regionibus assuetos rarius, insuetos frequentius invadit: adeo

ut indigenis Indis prorsus sit ignota; Aethiopes quidem, a partibus Africae exustis, raro aggreditur; saepius vero Europaeos, qui his regionibus aliquamdiu insuevere; sed praecipue Advenas, quos maxime infestat, quibusque funestissima est.

Glaciale frigus, vel etiam aer frigidus, huic morbo saevienti finem nunquam non imponit, cujus notabile exemplum proferre liceat. Anno 1745, febris haec rapide grassabatur per Caroli oppidum, in meridionali provincia Carolinae, a Junio usque ad mensem Septembrem; aer autem circa mensis hujus diem vigesimum primum tam frigidus extitit, ut in Thermometro Farenheitiano ad altitudinem 58. staret Mercurius * hora 8½ a. m. cum frigidior esset nocte praecedenti; hoc ipso die, cum aegros sub curatione patris mei inviserem, laetus videbam omnes convalescentes, omnique periculo brevi liberatos, nec quisquam postea in toto oppido, frigore non intermittente, morte correptus est, et duo solum vel tres, in tota provincia, in eum morbum inciderunt.

Symptomata hujus morbi sequuntur:

Dolor fixus et acutissimus frontis, lassitudo et debilitas subitanea sine causa manifesta, vertigo, albor et horror, saepissime sudores gelidi. Haec symptomata statim excipit febris ardens, anxietas permolesta, oppressio magna, ingensque dolor praecordiorum, quem imprimis sentit aeger, manu parti applicatâ, etiamque lumborum, qui subinde ad extrema usque corporis saepissime extenditur, necnon penitus in ossibus figi videtur; pulsus plerumque frequens, exilis, durus contractusque, aliquando tamen celer, durus, vehemensque; oculorum prominentia, ardor, et quasi ophthalmia; facies, collum, pectusque valde rubicunda; circa vitalia viscera summus aestus; cutis aliquando sicca et arefacta, sed saepe madida sudore; respiratio densa, anhela, fastidia cibi, nausea vomitusque perpetuus; Diarrhoea, jactationes et pervigilia, aut si somnus contigit, intermissus tantum, et vires haudquaquam reficiens; his posterioribus, praegressa symptomata valde irritantur. In hisce mor-

bi

* Vid. Ephemerid. calci hujus dissertationis annexam.

bi diebus, Haemorrhagiae saepe naso oreque copiose erumpunt. Lingua sicca, exusta, aspera, sitis inexplibilis; urina saepissime cruda pallida, vel coloris rubicundi, tamen sub finem primi, initiumve secundi stadii sedimentum album crassum subsidere notavi. Sanguis jam vena emissus solutus apparet, crassamentum ejus latum, minimeque profundum, undulansque, nec tam compactum firmumque ut in statu naturali, et in superficie maculae lividae sunt.

Hoc primum morbi stadium, unum, duos aut tres dies, raro diutius perdurat, ob vehementiam morbi, et aegri temperamentum: sanguineis enim validis, et labori multum deditis, mortem citius adfert, quam mollibus et quiescentibus.

Jam sequuntur stadii secundi symptomata:

Effusio flava universalis, primum in oculis, citoque postea in collo observanda, et saepissime urinam biliosam similem ictericorum vidi: tum febris maxime minui videtur, et pulsus saepe mollior et tardior, vel celer et tam tenuis, ut tactui fili formam gerat; tunc cutis diffluit gelidis sudoribus, urina et colliquativae faeces alvinae colorem penitus croceum induunt: lingua madidior, mundiorque quam priori stadio; labia, lingua, gingivae, et palatum multum florida fiunt, adeo ut sanguis statim erupturus esset. Nunc frequenter somnus aegrum invadit, sed non recreans, etsi aliquando mollis videatur, attamen **FRONTI NULLA FIDES**; prospectus enim convalescentiae fallax saepissime est.

Haec symptomata stadii secundi, aliquando per paucas solummodo horas, saepe diem unum vel duos, rarissime diutius, durant.

Nunc sequitur series symptomatum horrendorum stadii tertii:

Haemorrhagiae nempe magnae, ob ore, naso, et saepe pectoris, colli, faciei cute, ut a tot puncturis lanceolae erumpunt; aeger magnam copiam cruoris, atri, dissoluti, gangraenosi, et superne et inferne ejicit; urina nigra, foetida, pulsus vacillans, debilis trepidansque, et intermissio integra febris adesse videtur, sudores gelidi, colliquativi

liquativi effluunt; singultus permolestus, respiratio densa et perdifficilis, convulsiones, deliria, vel lethargia perpetua. Haec sequitur frigiditas lethalis extremorum, tametsi circa viscera vitalia calor ingens adsit, qui etiam aliquot horas post mortem durat; nunc maculae lividae per totum corpus erumpunt, et Aeger rationis expers, sensibusque externis orbatus, nullum dolorem, molestiamve sentit; Mors denique saeva miserum e medio tollit.

Haftenus, morbum hunc dirum, prout plerumque se habet, depingere conatus sum, etsi aliquando multo saevius vim suam exerceat, adeo ut horis 24, 30, vel 40, symptomata omnia supra dicta ostendat, et cadaver colore purpureo obductum Mors relinquat, quod etiam aliquando ante mortem evenit. Contra, omnia interdum symptomata multo mitiora, levioraque sunt, longioribus intervallis sequentia, et multo tractabiliora; attamen in hocce statu serenitatis, administratio mala maxime periculosa est, quae saepe omnia perturbat, et confusione obruit, etsi hoc aliquando accidere possit, ubi haec causa culpanda non est.

Symptomatibus morbi memoratis, nunc notatu digna sunt phaenomena, quae in cadaveribus apparent.

Aliquantulum post mortem, color multo flavior est quam antea. Macularum lividarum magnitudo et numerus multo major quam in vita, adeo ut cadaver maxime contusum videatur. Saepissime haemorrhagiae illae e naso, labiis, gingivis, lingua, palatoque effluunt. In cadavere viri inciso, qui anno aetatis suae 28°. hoc morbo periit, phaenomena sequentia, inter alios me etiam praesente, patebant, quae, ut saepe audivi, in omnibus horum aegrorum cadaveribus cultro anatomico resectis semper adsunt. Superficies ventriculi, intestinorum, mesenterii, hepatis, et omnium denique viscerum abdominalium, coloris flavi vel biliosi erat; maculae lividae et latae in iis apparebant; facies interna ventriculi, et intestinorum maxime inflammata videbatur, et ingens calor in eis et partibus adjacentibus, quanquam extinctus esset aeger ante horas 8, vel 10; hep-
par maxime inflammatum, et in molem naturali duplo majorem

tumefactum; scalpello incisum sanguinem tenuem, atrum copiose emittebat; pars concava ejus livida et gangraenosa erat; bilis in vesica fellea, maxime spissa, nigra, et ab aqua difficulter diluta, bileque ejusdem indolis ductus cholidicus obstructus erat; urina in vesica spissa, nigra et faetida; plurimae maculae lividae in pulmonibus apparebant, qui vero, quoad cetera, a statu naturali haud recesserant.

Haftenus de historia morbi; nunc ad causas ejus progrediamur.

Americani septentrionales prae se ferunt, morbum hunc funestum ad se transisse ab insulis Americanis; harum autem incolae eum ipsis indigenam esse denegant; omnes quippe mali dirisimi opprobrium fugere cupiunt. Sed certe in omnibus hisce regionibus causae justae sunt, quae ad eum producendum conducunt, et si in hac sententiarum varietate meam proferre liceat, facile putarem eum aequae esse indigenam Americae ac regionum aliarum quae tam calidae sunt. Quamvis fatendum est, eum frequentius grassari in insulis jam dictis, quam in America septentrionali, quia in illis calor aeris major est, et longius non intermissus durat.

Causa proxima hujus mali acrimonia fluidorum esse videtur, et praecipuae causarum antecedentium, aestus ingens aeris, et nimis motus velexercitium. Praeterea exhalationes copiosae et miasmata putrida, quae vi caloris praesertim in aerem elevantur et paludibus, stagnis, locis subterraneis, et praecipue ab immensis sylvis quae in America arboribus venenatis plurimis abundant, inter causas hujus morbi antecedentes annumeranda sunt. Horum quippe miasmatum et exhalationum putridarum particulae subtiles, una cum aere in pulmones attractae, vel cum alimentis in ventriculum receptae, horum viscerum poros non secus ac cutis externae subeunt atque sanguini admistae, latentis forte fermenti adinstar operantur, et fluida acrimoniâ morbosâ afficiunt. Nimia etiam potatio liquidorum spirituosorum, quatenus corporis calorem auget, et speciem quandam febris accendit, apte satis accusatur tanquam una ex antecedentibus hujus morbi causis. Si corpus frigido aeri nocturno

nocturno, praesertim post dies aestuosos, objiciatur, ad morbum hunc producendum multum confert, nam frigus perspirationem obstruit, unde partes humorum acriores in corpore retinentur, quae aliter per poros cutis extruderentur. Sed “Nihil (ait Celsus*) ob unam causam fit, sed id pro causa apprehenditur quod contulisse plurimum videtur.” Et quoque Galenus†, “Corpore nostro ad morbos quasi praeparato, externum quoddam adveniens febrem accendit, quod ex se morbum vehementem minime generaret.”

Fluida maxime acria et tenuia sunt, uti ex morbi historia apparebat, nam cruor ex ore et naso post mortem erupisset, quando ei nullum fuit momentum, sanguis praeterea venae sectione emissus maxime dissolutus semper apparet, crassamentum latum, undulans, minimeque profundum, et in superficie ejus maculas lividas exhibet, quae sunt signa acrimoniae et tenuitatis; memini me audisse patrem meum optimum mentionem facere de duobus aegris, sub curatione ejus constitutis, in quibus sanguis per cutem pectoris et colli erupit, modo siphonis, quasi a tot puncturis lanceolae; quod non a momento sed acrimonia fieri videbatur. Nam alter juvenis erat, cui febre intermittente tunc temporis maxime debilitato, sanguineae tamen eruptiones mortem attulerunt. Altera facmina macilenta, quae nihilominus magnas a naso et ore hemorragias in principio morbi habuit, sub finem vitae tales eruptiones passa etiam est. Alteruter horum, Plethorâ non adeo laborare videbatur, ut sanguis momento suo, ab ore et naso, sub principium, vel per cutem, sub finem morbi, sed prae acrimonia et tenuitate erumperet.

Nunc agendum est de causis antecedentibus praecipuis, quae sunt ingens aestus aeris, et motus nimius, quibus acrimonia fluidorum, causa proxima inducitur. 1mo. Calore et motu substantiae animales putridae et necessario acres fiunt. 2do. Hic morbus dirus

* Praefat. pag. 16. † Comment. 4. in Hip. de victu acut. chart. tom. XI. pag. 178.

dirus, plerumque inter nautas, et homines alios laboriosos, et ardori solis in America vehementis objectos grassatur, qui in America ingens est; die enim sereno, quod magnum caloris signum apud praedictum Caroli-oppidum, cum in aere umbroso in Thermometro ad 92° . Mercurius staret, eum in via publica, pedes quinque supra terram suspensum et radiis solis objectum ad 110° , vel 112° . saepissime ascendisse, et mensibus Junio, Julio et Augusto, aere etiam umbroso, eodem Thermometro apud 93° . stetisse inveni. Minime mirum igitur, malum tam dirum ab ingenti calore oriri. In regionibus Americae calidis, hominum fere omnium corpora (praecipue facies, collum, pectus, et brachia) sine ullo incommodo in aestivo tempore teguntur eruptionibus minimis cutaneis, Anglice THE PRICKLY HEAT, quae incipiunt levi prurigne et rubore, et postea innumerae vesiculae minimae lymphâ repletae apparent. Hoc oriri videtur a fluidis acris arterias teneras inter cutem et cuticulam transeuntes erodentibus, quo fit humorum profusio sub epidermidem; et haec acrimonia fluidorum induci videtur calido aere. Hae eruptiones benignae sunt; hâc enim viâ partes acres, ad morbos producendos aptae, natura eliminat. Et observatur, qui has eruptiones passi sunt, eos semper fere ab aliis morbis intactos evasisse. 3tio. Hic morbus his mensibus calidissimis saepissime saevit, et maxime lethalis est. 4to. Honesto loco nati et quiescentes rarius in eum incidunt. 5to. Aer frigidus impetum ejus semper reprimit. 6to. Hieme appropinquante, febris haec mitescit, sensimque in intermittentem vertitur. 7mo. Quo calidior est coeli temperies, eo vehementius pestis grassatur; in Caroli-oppido exeunte mense Junio, anno 1732, cum nulla aura per aliquot hebdomadas aestum torrentem refrigerasset, adeo saeviebat haec febris, et tam acuta et lethalis erat, ut multis post diem 2^m. vel 3^m. mortifera esset. Anno 1748, in eodem loco febris haec iterum erupit, circa medium mensis Augusti, primâ cujus septimanâ nulla ibi unquam calidior erat, ut mercurius in Farenhetii Thermometro ad 97° . $97^{\circ}\frac{1}{2}$. et 98° . in aere umbroso ascenderet, et calor hicce cum multis imbribus diu duravit,

rauit; a cœli temperie in frigidiorē versâ, mitescit et intermittētem febrim mutabatur.

Omnibus fere persuadetur hoc malum contagiosum esse. Omnes, sine dubio, morbo huic grassanti obnoxii sunt, quatenus, eodem aere ambiuntur, eumque inspirant; et ex aegrorum corporibus, exhalationes acres et semiputridae continuo exeunt, et aer loci in quo decumbit aeger brevi hisce repletur, quem infectum sani aequè ac aegri non sine magno damno inhauriunt. Plurimos vero vidi qui quotidie hoc morbo laborantibus assidebant, sed ab aeris injuriis, et nimio motu defensi, incolumes evasere.

Crederē cum aliis non possum, hoc malum contagione ex una ad aliam provinciam propagari, nisi aer ad id producendum aptus sit. Anno 1745, hic morbus in meridionali Carolina maxime saeviebat, cum contagionem ab alia provincia, non esse in causa plane appareret. Nam primus hoc morbo correptus eo anno, nauta erat, qui per duos vel tres dies continuos inebriatus, exinde in febrem hanc incidit, et ab eo tempore, nimio per mensem durante aestu, morbus in Caroli-oppido maxime grassari caepit. Et quando tantus adest aeris aestus, periculum est, ne febris ardens communis in hunc morbum saeviore mutetur, quod etiam a medicamentis minus aptis et malo regimine fieri minime dubito; immo tale quid ipse ni fallor vidi.

In epistola quam Chirurgus, qui cum D. Vernon classis nostrae praeposito in Indos Occidentales navigabat, ad me misit, haec scribebantur. “Legio quae ad Indos Occidentales profectura, naves Bristoliae conscendit, ibi febre ardenti affiebantur, omnimodo simili his quae contagiosae habentur; cura navis quâ aegri vehebantur mihi commissâ, solusque in ea intactus evasi. Quum regionibus calidis propinquarem, febris aliam induit speciem, biliosam nempe, et omnia symptomata febris biliosae Americanae prius nacta est, quam ad Jamaicam appellere nobis contigerit.”

Olim notatum est, homines in morbos contagiosos ex ipso eorum metu incidisse; nam Nichol. Massa ait, “Multi ex solo timore et
C “ imagina-

“imaginatione in febrem pestilentialem inciderunt.” Hoc vulgo fluere putatur a spiritibus introrsum ad cor recedentibus, quo aditus corporis sine custodiis relictus sunt, quod aliquando pro causa huius morbi a quibusdam redditur. Sed melius explicatur, a perspiratione diminuta, nam in melancolicis, et metu percussis, perspiratio semper minuitur, ut Sanctorius ab experimentis docet, et quando perspiratio minuitur, partes putrescentes, acres, in corpore tenentur, et febrem accendunt.

A fluidorum acrimonia, nunc symptomatum rationem ostendere conabimur.

Hic morbus saepius inter nauticos et homines duris laboribus affuetos, quam inter honesto loco natos et otiosos, regnat, quia omnibus causis hunc producentibus magis obijciuntur vitam degentes intemperatam, magnasque quantitates spirituum insalubrium avide ingurgitantes. Medicus, qui ad Indos Occidentales cum D. Veronaderat, mihi narravit, hoc malum, ex nimia spirituum potatione, vehementer inter nautas grassari, et maxime lethale fieri: hoc facile observari potuit, quia ex juncto medicorum consilio, portione spirituum cuique destinata, cum aquae partibus tribus mista, et inter eos ter singulis diebus distributa, vehementia morbi statim decrescebat. Contra, honesto loco nati, qui copiose liquorem generosum, peracidum, anglice PUNCH bibunt, incolumes plerumque evadunt, huius enim potus ope, alkalescentia fluidorum corrigitur vel impeditur, sudor copiosus, et urina promoventur, et partes acres fluidorum per poros cutis, et renes expelluntur; quo autem temperatiorem degunt vitam, eo minus morbo obnoxii sunt.

Unde accidat, neminem indigenarum et tam paucos Aethiopum in iis regionibus hoc morbo corripui, fateor me nescire, nisi sit, quod multo magis perspirent, quam Europaei, et quod sudore excretum sit, maxime alkalescens et acre sit, odore faedo, et faetore praeditum, adeo ut fluida acria hac via expelli videantur, et ab aestuante aere haud tantum commoveantur.

Cur vero advenae Europaei, in hunc morbum facilius incidant, quam Indi, et his calidis regionibus assuefacti, ratio in promptu est.

est. Benignus naturae auctor, hominum caeterorumque animalium corpora sapienter condidit, accommodata regionibus, quas illis habitandas concessit; ideoque corpora eorum qui incolunt regiones calidas, ab aestu molliora sunt Europaeis, laxioraque et magis idonea ad sudores copiose emittendos, ut hac excretionem partes acres alkalescentes expellantur.

Fluida acria, orgasmata, vel solidorum motus validos ea velle cando producere possunt, exinde fluidorum vehemens fit motus, forte obstructio, et febris haec necessario accenditur; quae etiam aliter fieri potest a febre ardente communi, hoc calido anni tempore; nam a magno calore et motu fluidorum in febre quadam, fluida acria fiunt, et tunc in hunc morbum mutatur.

Hoc primo vel praecipue in hepate contingere opinor; fluida enim hujus visceris multa acriora esse quam aliarum partium existimo; nam magna oleorum * quantitas ab omento et mesenterio †, ei infunditur per ductus adiposos * vel potius venas † sanguiferas ab his redeunt, quae citissime calore rancescit; quippe oleum amygdalarum blandissimum, aestivo tempore, paucorum dierum spatio rancidum fit, et tantam acquirit acrimoniam, ut parva etiam copia deglutitum statim fauces inflammet. || Praeterea copia fluidorum longe maxima quae per hepar transeunt, longiorem absolvunt circulationem quam in aliis partibus, ab arteria enim Caeliaca et Mesenterica exportantur haec fluida in ventriculum, intestina, omentum, lien et pancreas; venis meseraicis deinde colliguntur, ab his in venam portarum vecta, per ejus ramos diuturnâ lentâque circulatione iterum feruntur. Hoc durante, calori et fotui viscerum abdominalium, et agitationi diaphragmatis et musculorum abdominalium in respiratione subjecta sunt; atque sanguis priusquam ad hepar propagatus est, magnam partem fluidorum mitium et dulcium, inter transeundum, distribuit organis, ad ea nutrienda, et varias eorum secretiones supplendas, necnon

* Malp. et Haller. comment. in Boer. instit. p. 97, tom. 3. † Moragn. adv. 3, animad. 2. * Malp. epist. de Oment. vasib. adipos. † Morgagn. adv. anat. tom. p. 3. || Van Sweit. comment. tom. 1. pag. 638.

necnon venae mesentericae humores ab intestinis imbibunt, fortasse partem bilis cum chymo subactam, et quicquid ab intestinis crassum hoc modo imbibitur, sine dubio maxime acre est, quatenus in his faeces reponantur; quamobrem sanguis non tam mitis ad hepar, quam ad alias partes, etiam in sanitate transit. Ergo in hoc malo acrimonia haec primum et multum in hocce viscere agere videtur, et huic sententiae Phoenomena hepatis in corpore inciso, quod hoc morbo periit, favere videntur; hepar enim maxime tumefactum est, et gangraenosum; exinde orgasmata et obstructiones primo in jecore accidunt, et febris accenditur, cujus calore et motu, fluida magis magisque acria fiunt, et quae brevi seriem symptomatum horrendorum producit.

Dolor lumborum, ut et dolor capitis, ab eadem causa oriri potest, a vasis nempe nimio distentis, vel ab acris humoribus, vasa tenerrima medullae spinalis vellicantibus, sed, quod verisimilius est, a sympathia nervorum; inter enim nervos lumborum, hepatis et ventriculi nunc inflammati, anastomoses frequentes adfunt. Dolor in ossibus deducitur, ab acris fluidis vasa tenerrima medullaris membranae, vel periostei interni obstruentibus et vellicantibus; anxietas, oppressio, et dolor magnus praecordiorum, ab inflammatione hepatis et ventriculi; respiratio difficilis a rarefactione sanguinis, et acrimonia vellicante vasa pulmonalia, quo fit eorum contractus, fluidorum accumulatio et impedimentum liberae per pulmones circulationis; huc etiam referri potest, pulsus in quibusdam celer, durus et depressus.

Nauseae perpetuae, et vomitionis causae sunt, 1mo, Inflammatio ventriculi necnon hepatis, a sympathia inter enim nervos huius visceris et ventriculi sunt anastomoses frequentes; 2do, Fluida putrida, acria, in ventriculum bilis nempe et humor duodenalis acris, in ventriculo motu retrogrado pellitur; et 3tio, humor etiam Gastricus putridus, massa enim sanguinea putrida necessario succum Gastricum putridum producit. Diarrhaea ex eisdem causis sponte fluit. Totius jam corporis fabrica adeo turbata, haud mirum

rum est aegros non quiescere, sed jactationibus continuis consumptos esse.

Causae effusionis flavae universalis tres esse videntur : 1mo, Bilis reassumptio in sanguinem ; hanc causam praecipuam esse opinor. 2do, Solutio sanguinis. 3tio, Reassumptio ingentis quantitatis pinguedinis, quae etsi natura utitur eâ quasi involucro ad acria fluidorum retundenda, vice tamen fungitur olei ad ignem restinguendum, nam a calore magno et motu rapido fluidorum (ut omnis olei natura est) ea colorem penitus flavum induit, et fit maxime rancida et corrodens.

Nunc exhibere conabor, quomodo hae causae talem effectum producant. Et, imo, de Bile ; bilem sanguini inesse fere haud dubium est ; effusio enim flava fere eadem est in Ictero, et eodem modo inducitur ; urina ab ea tingitur, et cadavere explorato apparet bilem in vesica fellea, et ductu Cholidico maxime inspissatam et nigram, qua, et inflammatione duodeni et ductûs ipsius constrictionibus spasmodicis, adeo obstructus est sanguis, ut nulla vel minima bilis per ductum in duodenum exire possit, sed cursu retrogrado in massam sanguineam feratur. Atque nos docuerunt sectiones cadaverum, ductum communem a bile inspissata sic obstructum esse, ut secreta a sanguine venae portarum bilis, per hanc viam exire nequeat, sed sanguine mista Icterum facit ; et motum hunc retrogradum bilis, vomitio perpetua promovet ; dum enim homo vomit abdomine contenta omnia viscera, convulsivo diaphragmatis et muscutorum abdominalium motu comprimuntur, atque per hanc compressionem, bilis secreta in venae portarum ramos retropellitur, atque ex his per venae cavae respondentes ramos, in sanguinem redit. Sed a posteriori ; sudor et lympa in vesiculis a Cantharidibus post effusionem flavam, videntur bile inquinari, nam maxime flavescunt, et ab eis linteola immersa colore flavo tinguntur ; at hoc non a flavo sero pendet, hi enim liquores non serosi sunt, sed lymphatici, ergo color flavus a bile pendere videtur, et non a sero solum ut quibusdam placuit.

2do, Cum sanguis ruber in serum dissolvitur (ut in hoc morbo solet) vel tenuis est, corpus flavescit, v. g. in hominibus languidis et morbo extenuatis; aut quando ulla pars corporis adeo contusa est, ut textura sanguinis frangatur, ea statim flava fit.

3tio. Oleum vel pinguedo quando rancescit, tunc statim flavescere incipit, quod in hoc morbo a magno calore et attritu evenit; et magna oleorum quantitas ad acrimoniam morbi hujus tollendam infeliciter a venis absorbetur, quae citissime rancescunt, et haec est pessima species acritudinis, a viscida enim oleorum natura, diu solidis inhaeret, et difficulter ab eis abstergitur.

Hoc modo effusio flava produci videtur, quam Diarrhaea critica hunc morbum comitante, protrahi, minui et penitus aboleri vidi.

Febris vehementia post effusionem flavam minui videtur, pulsus enim debilis et tenuis est, nam stadium Gangraenosum adest. Urina et faeces colliquativae nigrescunt, quoniam a vehementia febris, maxime putridi sunt humores; a solidorum debilitate et fluidorum solutione sudores colliquativi pendent, quod una cum febris diminutione rationem reddit, ob quam lingua in hoc quam priori stadio mundior, et madidior sit. Nunc aeger comate correptus est, a materia morbi vasa tenerrima cerebri obstruente, atque natura anxia sollicitudine fracta, quiescere quasi cogitur.

Quum in massa sanguinea tantum haereat salis acris, olei rancidi, et bilis maxime putridae, uti ex urina, faecibus et aliis symptomatibus patet, minime mirum est sub finem morbi sequi seriem symptomatum tam horrendorum; Haemorrhagias nempe copiosas a naso, lingua, gingivis, palato, et cute pectoris, colli faciei que, fluida enim tam acria fiunt, ut vasa sua facile erodant, praeterea debilitatis solidis per extrema vasorum ora relaxata et nimis aperta, facile exprimitur sanguis tenuis et solutus. Eodem modo ex ultimis arteriolarum osculis intra ventriculi et intestinorum cava effusus sanguinis, stagnatione magis ater et putridus evadit, atque vel vomitu rejicitur, vel specie Diarrhaeae gangraenosae per anum eliminatur. Singultus etiam a contiguitate hepatis et ventriculi inflammati cum Diaphragmate, fluidisque acribus ejus nervos vellicantibus,

licantibus, sicque Diaphragma vicinum in motus spasmodicos deducuntibus.

Causæ respirationis difficilis antea memoratæ fuere, sed in hoc stadio, spiritus majori molimine ducitur, quoniam vires sanguini a corde datæ insigniter minuuntur, unde aegre admodum per innumeros arteriæ pulmonalis ramusculos viam sibi facit. Convulsiones a fluidis acribus nervos vellicantibus oriuntur. Extremitates frigescunt, nam in vasis minimis stagnant fere fluida. Maculae lividae in corporis superficie conspicuæ, gangraenosæ humorum indoli debentur. Nunc aeger a dolore immunis est, corpus enim gangraenâ obtectum apparet. Post hæc, quid mirum, rationis et sensuum externorum privatio sequitur, et aeger tandem dirâ mortē de medio tollitur.

Falso a quibusdam existimatum est, eos qui hoc morbo semel correpti sunt, in eum nunquam postea incidere, sed vanæ huic opinioni contradicunt et ratio et experientia, miseros enim vidi, qui bis hoc morbo laborarunt.

Atque sic, ni fallor, symptomatum primariorum ratione satis exposita, ad Prognosin nunc accedamus.

Homini robusto, sanguineo, et multum labori dedito, plus in hoc morbo periculi est quam molli et quiescenti; morbus enim semper vehementior est in illis quam in his, quoniam a robore et vigore fluida maxime elaborata sunt, et necessario putrescentia et ad acritudinem multo magis proclivia; in hominibus enim robustis, sanguineis, humores bilis puta, semper in putredinem proniores sunt et acriores, quam in debilibus et mollibus, in quibus bilis languida et iners est.

Periculi magnitudo semper est in ratione inversa durationis stadiorum, brevitās enim periculosa est, et vice versa, quoniam progressio celer symptomatum, morbum vehementem et periculosum esse denotat: si enim effusio flava die secundo vel tertio appareat, malum omen est, præcipue pulsu debili, tunc certe mors pallida atro pede ostia pulsat: si vero die sexto vel septimo, res salvæ sunt, pulsu non subsidente, tunc enim morbus mitis est.

Diarrhæa

Diarrhaea vel sudor copiosus continuus ante effusionem flavam, inter bona censetur signa, quoniam hae evacuationes criticae sunt, quibus natura materiam morbificam eliminare conatur, ut etiam eruptiones cutaneae si quae appareant (quod aliquando evenit) ob causam jamjam memoratam. Si recedente febre vomitus decreseat, et stomachus paululum cibi capiat nec fastidiat, praecipue si urina altum induat colorem, et nebulam sustineat et faeces alvinae fusci sint coloris, bonum est.

Inter mala et infausta annumeratur symptomata, torpor vel lethargia effusionem flavam sequens, sic enim in vasibus tenerrimis cerebri materiam morbi figi denotatur: Haemorrhagiae etiam a naso, ore vel superficie corporis erumpentes, hae enim indicant fluida tam acria et tenuia fieri, ut vasa sua erodant, vel per horum ora relaxata diffuant; hae quoque ab acrimonia et fluiditate humorum pendentes, non sine magno labore reprimuntur; sed melius est has expelli, quoniam maxime acres et erodentes sunt.

Si unum plurave symptomatum sequentium appareant, mors certissime sequetur. Urina nempe nigra, foetida, nam salia et olea in ea contenta tam acria et rancida fiunt, ut nigrum colorem induant, cumque haec a massa sanguinea secreta sunt, omnibus oleis et salibus in tota massa idem evenisse denotant; quae ratio manifesta est signum illud non solum in hoc, sed et aliis morbis tam merito lethale haberi.

Ejectio atrii cruoris superne et deorsum, quia humores putridos, et corpus gangraenosum esse indicat.

Sudores colliquativi, monstrant quippe humorum maximam solutionem et solidorum relaxationem.

Singultus, qui denotat hepar adeo inflammatum esse, ut diaphragma contiguum afficiat, et fluida tam acria ut diaphragma vellent.

Lethargia quae indicat vasa tenerrima cerebri obstrui particulis acribus.

Maculae lividae in corporis superficie, et subita doloris cessatio, quae significant corpus esse gangraenosum, et necessario omnis sensus prorsus expers.

Finitâ morbi prognosi, nunc de methodo curatoria agendum, quae pro morbi natura antea tradita, sine dubio perdifficilis est; sed multo difficilior redditur malâ Agyrtarum et Empiricorum administratione, qui temere artem nostram in aegrorum perniciem prostituunt. In omnibus enim morbi stadiis, etiam aquilam albam, phlebotomiam, emetica, cathartica fortiora vesicatoria, alexipharmaca et aromatica calidissima, &c. adhibent, quae tamen haud raro maxime nocent.

1mo. Calomela administrant ad lentorem sanguinis dissolvendum, ut prae se ferunt; sed in omnibus fere morbis inflammatoriis, primâ periodo semper adest; quis igitur praeter tyronem et imperitum calomela in inflammatione administraret? In hoc morbo etiam vehemens adest febris, et solida fluidaque per se nimis prona ad debilitatem et dissolutionem, a mercuriis aucta sunt.

2do. Phlebotomia cautè et peritè praescripta multum sine dubio interdum adjuvat; hi vero ridiculi, aequè robustis et debilibus in omnibus morbi stadiis venam secant, quem errorem fatalem saepe observavi, post phlebotomiam enim male adhibitam, virium privationem inductam vidi, nunquam non lethiferam. Praeterea si febris haec ex obstructione, ab errore loci, nullo vitio in massa sanguinea haerente oriatur, certe sanguinis missio prodesset; sed quoniam in hoc malo febris causa est acrimonia fluidorum, causam, acrimoniam nempe, prius tollere oportet quam effectum; sed ad hoc venae sectio paululum conducit, nisi febris vehemens sit; quando febris quidem vehementissima adest sanguinis missio certe prodesse potest, nam graviora symptomata non solum mitigat, sed et calorem et attritum tollit, et acrimoniae incrementum necessario impedit.

3tio. Quoad emetica. Cadaverum incisio, ventriculus maxime inflammatus monstrat, et emetica inflammationem intendunt, et febris vehementiam a vomendi motu violenti augent, ergo laedunt: atque aegros vidi, quibus morbus mihi mitis esse videbatur, post emeticum, nausêam et vomitu perpetuo laborare, et febrem vehementem accendi, morte solâ extinguendam.

Inflammatiō magna in intestinis adest, ergo cathartica fortia laedunt, nam inflammationem irritant, virium prostrationem inducunt, Hypercatharsin, (cui aeger maxime pronus) et alvi dejectiones atras creant, tandemque aegrum vitâ pariter ac dolore privant.

Quando autem virium prostratio inducitur catharticis fortibus, phlebotomiâ, &c. calefacientia et aromatica vehementia, statim administrant ad vires refocillandas; quae quoque in primis morbi diebus, ad sudores promovendos circulatores hi administrant, sed effectus calefacientium fortium in hoc morbo inflammatoriō maxime periculosi sunt.

His praemissis de remediis quibusdam in hoc morbo periculosis, ab imperitis medicastis usurpatis, restat nunc ut methodum curatoriam magis rationi congruam et morbi naturae accommodatam tradamus.

Indicationes curationis sequentes esse videntur, et methodus curativa optima, mihi antehac nota, his indicationibus accommodatur.

1mo. Nullum fomitem morbo ministrare.

2do. Acrimoniae fluidorum incrementum praecavere.

3tio. Acrimoniam fluidorum corrigere.

4to. Materiam morbificam e corpore expellere.

5to. Symptomatibus periculosis occurrere.

Amplō conclavi, quo multum et purum aerem trahere possit, aeger teneatur, nec gravi stragulorum onere suffocetur, quibus admodum levibus uti debet. Si enim aeger, jam nimio calore aestuans, lecto coerceatur, sic vestimentis munitus, ut aer undique arceatur, in calido de suo corpore exhalante vapore, ut Atmosphaera haeret, et calor augetur quia deficit aeris liberioris refrigerium, corpora enim nostra aere communi in quo vivimus calidiora sunt. Praeterea in his aegris, semiputridae exhalationes continuo de corpore exeunt, etiam molestae sanis hominibus, qui illorum curam gerunt; aer loci in quo decumbunt brevi his repletur et inquinatur, adeoque frequentem renovationem postulat; nisi enim hoc fiat

fiat, miseri non sine magno damno infectum hunc aerem semper haurire coguntur.

Si aegri habitus corporis robustus et sanguineus sit, et symptomata graviora, cauta sanguinis missio proderit, quatenus morbus et symptomata mitiora ab ea reddantur, calor et attritus sanguinis minuantur, et acrimonia necessario impediatur, vel protrahatur; sed aliter, momento magno et calore vehementissimo sanguinis acrimonia magna citissime inducitur. Contra vero sanguinis missio in debilibus, et repetita etiam in robustis omnino omitti debet, saepe enim virium prostrationem letiferam inde inductam vidi.

Regimen calidum cum magno periculo adhibetur, ergo vitanda sunt alcalescentia,, spirituosas, aromaticas, omnia stimulantia, et oleosa quoque, quoniam haec a calore et motu citissime in acridinem vergunt, et necessario morbum augment. Acescentia, blanda et refrigerantia aptissima sunt; quae natura provida, hisce regionibus sole exustis tantâ copiâ et varietate suppeditavit, efficacissima ad morbos ibi ob aestum frequentes ab acrimonia impediendos et corrigendos; ergo potus copiosi, blandi, subacidi, aquosi adhibiti profunt, infusio nempe salviae fructu Tamarindorum, succo Aurantiorum vel Limoniorum, acidulata vel spirit. vitriol. parca quantitate, qui humorum putredini et dissolutioni potenter resistat.

Ab his diluentibus et sudoriferis mitioribus, copiosum sudorem continuum natum vidi, qui ad febris vehementiam et symptomata gravia tollenda conducere possit. Et quando symptomata permolesta fuere a magna Plethora, adeo ut sanguis non libere infarcta vasa permeare posset, pulsus celer, durus et depressus, dolor et anxietas necessario sequentes; sanguinis missione velocitatem auctam vidi, et potulentis tepidis administratis, copiosum et continuum sudorem non sine magno aegri solamine erumpere.

Quoniam hac excretionem, natura materiam morbificam corpore expellere conatur, et viâ certe tutissimâ et facillimâ; ab initio igitur morbi perspiratio copiosa promota multum prodest, quae diluentibus et subacidis sudorificis tenuibus, ut supra dictum, optime efficitur;

ficitur; haec etiam in ventriculo optime retinentur, calida, sed omnia diaphoretica vitanda sunt, stimulo suo enim febrim augent. Medicus quidam, qui cum D. Vernon profectus est, aegrorum hoc morbo in primo stadio laborantium corpora pannis laneis in aquam calidam vel decocta emollientia immerfis, ut saepe audivi, obtexit; hoc enim modo, sudore copioso perpetuo inducto, aegri postea sanitatem recuperabant.

Aeger fere semper vigiliis fractus est, non sine multis querelis, atamen anodyna vitanda sunt, haec enim sanguinem rarefaciunt, stimulo suo febrem irritant, morbum accendunt, et impetum humorum in vasis cerebri augent: praeterea, Warren, pag. 43, ait, saepissime anodyna gangraenam inducere, vel effusionem flavam postero die extrudere, et pulsus contrahere, quae omnia sunt symptomata lethalia.

Methodus quietem inducendi tutissima est, sudorem copiosum promovendo, ab eo enim lenitur symptomatum vehementia, et natura laboribus et sollicitudine fracta, nunc liberata somno gaudet.

Si dura morabitur alvus, proderit eam solvere ope clysmatum blandorum, nam foeces a stagnatione in intestinis putridae fiunt, et maxime acres, et venis bibulis absorptae in massam sanguineam fomitem recentem suppeditant, morbumque aggravant.

Clysmata blanda emollientia summum praestant effectum, nam non modo ab iis faeces putridae in intestinis collectae eluuntur, omnesque hae partes foventur; sed praeterea emollientia et antiphlogistica intestinis recepta osculis venarum meseraicarum laxatis et deterfis absorbentur, et sic cum sanguine permiscuntur, unde optima et citissima ejusdem dilutio obtinetur. Pars enim enematis injecti statim venis mesentericis absorpta, in sinum venae portarum defertur, indeque per totam hepatis substantiam propellitur, hinc in obstructionibus et inflammationibus hujus visceris, et intestinorum resolvendis haud parum efficax est: quoniam remedia haec ad locum affectum pervenire possunt, et a corporis functionibus vix ullam mutationem subeunt, atque cadaverum sectio haec viscera maxime inflammata esse indicat; ergo enema (A) mane et vespri

peri injectum effectum haberet, a nitro enim in eo soluto, humorum acrimonia putrida cohibetur, materia obstruens diluitur, calor et inflammatio minuitur, sitis sedatur, urina et sudor multum promovetur. Atque quoniam aeger nausêa et perpetuâ vomitione laborat, sequentia clysmata blanda, nempe ex radicibus altheae, fol. malvae, semin. hordei, avenae, oryzae cum nitro zi vel zii in lacte coctis cum saccharo culinari ter quaterve de die injecta, et in corpore quantum commode fieri potest retenta, ad corpus nutriendum summopere conducunt, dum alimenta per os assumpta perpetuâ vomitione rejiciuntur. Sublatâ vero vehementiâ febris, ingentique aestu et siccitate, tunc ab iis abstinendum, ne corpus nimis debilitetur.

Attamen lenis alvi profluvies induci debet ad juvandam naturam, quae saepe materiam morbificam inde ejicit, quod optime efficitur clysmatis blandis et laxativis lenibus, v. g. fruct. tamarindorum, prunorum, manna, cassia, linctu. electuar. crem. tartar. &c. insuper bibendo copiose liquores blandos subacidos supra memoratos; et effusionem flavam minui, protrahi et aboleri hac methodo vidi, sed interea perspiratio copiosa omitti non debet.

Haec methodus in primo tantum stadio convenit, nam in secundo, vel post effusionem flavam, abstinendum est ob causam antea dictam, nimiam nempe corporis debilitatem.

Saepe in stadio secundo, et saepissime sub finem morbi, aeger ingenti alvi profluvie laborat, quae non sine summa cautela reprimi debet, quoniam excretio critica est, qua natura materiam morbi foras propellendo vim suam exercet, et, si omnino reprimitur, naturae opera interrupta, perit, et postero die effusio flava non sine causa metuenda est, tandemque aeger moritur. Sed e contrario caute astringi debet alvus, aliter enim natura debilitata ad finem morbi subsistere non poterit: ad alvum itaque cohibendam, optimum mihi videtur periculum facere mixturae (B), qua effectum exoptatum non habente, tunc tantum anodyna adhibenda sunt, et in clysmate (C) quoniam effectum citissime habet, primum injicienda; ac si et haec alvum non astringant, tunc bolum (D) praescriberem, insuper bibendo potum spirituosum aromatibus conditum;

et hoc quamdiu opus sit repetendum, simulque ab usu mixturae (A) non abstinendum. Audivi medicum, cujus modo mentionem feci, satis feliciter sacchar. Saturn. paucis dosibus adhibuisse, quod verisimile est, quoniam valde astringit, et ad Diarrhaeam suppressendam magum usum habere credo, ergo bolos (E), si aliter alvus astringi non posset, adhiberem.

Aeger vomitu perpetuo saepissime laborat, ad quem compescendum nihil melius vidi mixtura (F), si modo alimenti paululum at saepe sumat, ne laboret ventriculus.

Si lethargia sub finem morbi aegrum invadat, nihil profuturum mihi occurrit nisi vesicatorium capiti applicatum, quod aliquando lethargiam tollere notavi, sed epispastica, gangraenam, vel ulcus inflammatorium asidue cruorem tenuem effundens, obducere aliquando notavi. Etiam in stadio inflammatorio vesicatoria applicata vidi, sed haec administratio necessario laedit, a stimulo enim et irritatione inflammatio augetur, vitari ergo debent nisi circa diem criticum (qui quintus vel septimus saepissime est), tunc enim metus est mortis a vi vitae diminuta, et vesicatoria maxime adjuvant, quo tempore aeger alimentis multum recreantibus nutriri debet.

Haemorrhagiae in altero stadio ab ore vel naso, quae justam metus causam aegro injiciunt, nisi immodice erumpant, non coerceri subito debent; humores enim hac via evacuati tam acres sunt, ut vasa sua erodant; sed si a fluxu nimio metus sit prostrationis viri-um, tunc styptica v. g. aqua frigida, acetum, spiritus vitrioli cum aqua dilutus, vel (G) ad eum suppressendum adhibenda. Audivi etiam medicum supra memoratum felicissimo eventu alumen et interne et externe in hoc morbo adhibuisse non solum ad suffusiones sanguineas, sed etiam excretiones cruoris superius et inferius ejectas tollendum.

Si in hoc morbi stadio signa ulla gangraenam adesse indicant, conclamatum est, nihil enim prodesse notavi. Cortex Peruvianus administrari possit, sed post gangraenam obductam nunquam ullum convalescere vidi. Maxime vero Cortex valet ad gangraenas suffocandas et earum progressum sustinendum; si vomitus ergo non permolestus est, decoctum forte (H), sed si nausea gravis est, extrac-

extractum adhiberem, quoniam dosis magnitudo minor est, adeoque in ventriculo facilius retinetur. Febre diminutâ, cum aeger admodum languidus et debilis sit, Corticis Peruviani decoctione bene cardiacis praeparata, addito Tart. regenerat, feliciter saepius utimur; et hanc stomachus, aliter fastidiosus, sine nausea capiet. Atque in hoc morbi stadio, nutrimenta vino et aliis cardiacis praeparata adhiberi debent, ad vires reficiendas.

Methodus medendi supra tradita non modo a priori sed a posteriori mihi optima et tutissima videtur, sed aliquando morbus tam vehemens est, ut nullis cedat remediis. Morbo feliciter sublato, aeger quiescit, indeque membra magnopere recreantur, dolores evanescunt, febris intermittit, vires renovantur, effusio flava gradatim evanescit, et omnia ad statum naturalem reducuntur; attamen debilitas aliquamdiu durat.

Viribus satis recuperatis, alvum solvere convenit a cathartico (I) ad morbi reliquias evacuandas, quas aliter Diarrhaeam permolestam inducere observavi.

Quid multa? consulere mihi liceat advenis in calidas has regiones profecturis, ut summa cum cura adversus solis ardorem, frigidumque aerem nocturnum se defendant. Cibus sit levis refrigeransque, praecipue acescentia, quatenus inde fluidorum acrimonia corrigatur---- vitent quantum possint omnia alcalescentia, calefacientia, et spirituosâ, quae corporis succos inflammant, magisque alcalescentes praestant, ideoque non solum huic, sed et aliis etiam morbis, qui hisce regionibus proprii sunt, obnoxios reddunt. Vitent denique exercitium nimium, et liberam semper servant perspirationem, hac enim ratione expelluntur particulae valde alcalescentes et acres, quae detentae morbos ab acrimoniâ crearent; alvus, morbo grassante, nunquam dura esse debet, quorum enim alvi astringuntur, ei maxime obnoxii sunt. Sic morbum hunc teterrimum, ut spero, effugient, quem in eorum praecipue commodum leviter, ut potui tamen, perstringere, ad nauseam usque forsan conatus sum. Nihil jam restat, nisi ut Professoribus meis celeberrimis gratias quam maximas habeam, et candidi lectoris benevolentiae dissertationem hanc nimis prolixam et minus perpolitam iterum committam.

A R. Hordei decoct. libram unam,
Sal. Nitri drachmas duas,
Misce, fiat Enema.

B R. Gum. Arabic.
Terrae Japon. ana drach. duas,
Ocul. Cancr. praeparat. drach-
mam unam,
Aq. fontan. uncias sex,
Spirit. Vin. Gallic. uncias duas.
Misce, sumet Cochlear. 2 omni hora.

C R. Fol. Malv. manipul. duos,
Flor. Camomil.
Bacc. Juniper. ana unc. unam.
*Decoet. in aq. fontan. ab libra una
ad uncias septem, colle que adde*
Theriac. Venet. drach. duas,
Vitel. ovi.
Misce, fiat Enema.

D R. Theriac. Venet. drach. unam,
Terrae Japon. semunciam,
Misce, fiat Bolus.

E R. Sacchar. Saturni granas duo.
decem,
Conf. Rosar. rub. drach. unam,
Theriac. Venet. drach. unam,
*Misce, fiat Bolus, N^o. 3. sumat
1 ter die.*

F R. Sal. Absinth. drachmam unam,
Suc. Aurant. semunciam,
Aq. fontan. uncias sex,

Aq. Menth. sine vin. uncias duos.
Spir. Sal. Armoniac. guttas tri-
ginta Syrup. q. f.

Misce, sumat Cochl. 1 omni hora.

G 1. *Lenius.*

R. Alumen. Rup. drachmam unam,
Aq. Rosar. stillat. unciam unam,
*Misce, Turundis ingestis, applicetur
cavo narium.*

2. *Fortius.*

R. Sacch. Saturn. drachmam unam,
Aq. Rosar. stillat. unc. unam,
Misce ad eosdem usus.

3. *Fortissimum.*

R. Vitriol commun. drach. unam,
Aq. Rosar. stillat. unciam unam,
Misce similes in usus.

H R. Cort. Peruv. contus. unc. unam,
Sal. Absinth. semunciam,
*Decoet in aq. fontan. ab duab. ad li-
bram unam, cui adde,*
Extract. Cort. Peruvian. drach-
mas duas Syrup. q. f.
*Misce, sumet Cochlear. 2 bis quaque
hora.*

I R. Fol. Sennae drachmas tres,
Fruet. Tamarind, unciam unam,
Mannae,
Crem. Tartar. ana semunciam,
*Decoet in aq. fontan. ad libram unam,
colle, fiat Ptisan.*

EPHEMERIDES
METEOROLOGICAE
APUD
CAROLI-OPPIDUM,
In Meridionali Provincia CAROLINAE.
ANNO MDCCXLV.

INSTRUMENTA,

Quibus sequentes observationes factae

ERANT;

1mo. **B**Arometer portabilis, ad gravitatem incumbentis aeris metiendum.

2do. Farenhetii Thermometer, ad aeris temperamentum ostendendum.

3tio. Hygroskopus, ex chorda scuticae sex pedes longa, cum plumbo uni extremitati appenso, sequenti modo constructus: inter chordae hujus aqua immersae, et postea ad ignem bene exsiccatae, longitudinem, comperi differentiam fuisse 5 unciarum, qua differentia pro scala usus sum, singulas uncias in 20 partes divisi, adeoque totam scalam in centum, quarum singulas computavi unam, et chordâ exsiccata maxime extensâ, index ad primum stetit.

Haec omnia suspendi in musaeo 10 pedes alto, et 4 pedes quadrato, septentrionem versus; nam musaeum septentrionalem domus partem spectabat, ita ut omnino a sole defenderetur, simulque aeri pervium esset.

Venti momentum, ex conjectura, in 6 gradus divisi.

Horae observationis plerumque erant octava antemeridiana, et secunda pomeridiana.

Mensibus Augusto et Septembri complures observationes neglexi, aliter tum occupatus, Febre biliosa violenter saeviente.

EPHEMERIDES METEOROLOGICAE.

J. U N I U S. Anno 1745.

Dies mensis.	Horæ observat.	Altitudo			Genera ventorum.	Facies cæli.	Tempestas.
		Barometri	Thermometri	Hygrosopi			
1	8	30.04	73	47	N	1	testa opacib. nubibus.
	2	.03	75	41	NE	3	id.
2	8	29.95	73	49	NE	5	id.
	2	.97	77	46	E	4	id.
3	8	30.10	72	48	SW	1	id.
	2	.08	76	47	E	1	fere id.
4	8	.15	80	41	SE	1	sparsa opac. nubib.
	2	.13	83	36	SE	1	sparsa tenuib. nub.
5	8	.14	80	43	NE	1	sparsa opac. nubib.
	2	.12	83	40	ESE	1	fere testa opac. nub.
6	8	.11	82	41	W	1	id.
	2	.06	89	33	S	1	sparsa opac. nubib.
7	8	.04	83	40	SW	1	id.
	2	29.98	88	34	SW	2	id.
8	8	.97	81	38	SW	1	id.
	2	.90	83	39	SW	2	fere testa opac. nub.
9	8	.97	77	45	SW	2	id.
	2	.84	88	35	SW	2	id.
10	8	.74	78	43	SW	2	sparsa opac. nubib.
	2	.70	89	30	W	1	id.
11	8	.75	74	50	N	.	testa opac. nub.
	2	.80	77	45	N	.	id.
12	8	.96	71	41	N	1	id.
13	8	30.08	80	36	E	2	sparsa opac. nubib.
	2	.08	83	33	E	3	id.
14	8	.14	79	34	NE	1	sparsa tenuib. nub.
	2	.13	81	30	ENE	5	nudum cælum.
15	8	.15	81	26	SE	1	ten. nub. spars.
	2	.13	81	24	SE	2	testa tenuib. nub.
16	8	.05	79	33	SSW	3	id.
	2	.03	81	33	S	3	id.
17	8	.00	81	38	W	1	nudum cælum.
	2	29.93	89	30	S	2	id.
18	8	.87	85	33	W	2	id.
	2	.90	93	29	S	2	fere testa opac. nub.
19	8	.90	87	38	NW	1	ten. nub. spars.
	2	.88	92	32	SSW	1	id.

EPHEMERIDES METEOROLOGICAE. JUNIUS.

Dies mensis.	Hore observat.	Altitudo			Genera ventorum.		Facies cœli.	Tempestas.
		Barometri	Thermometri	Hygrosopi				
20	8	29.83	84	35	WNW	2	ten. nub. sparſ.	Mult. fulg. in Septentr. hac noct.
	2	.86	96	34	NW	1	id.	
21	8	.90	85	33	W	2	id.	
	2	.92	95	23	W	1	id.	
22	8	.94	89	32	SSE	0	id.	id.
	2	.93	92	29	S	1	teſta opac. nub.	
23	8	.84	85	34	ſilens	1	ſparſ. opac. nub.	12 m. mult. tonitr. et fulg. cum magn. imbr. vent. 4 grad.
	2	.80	80	35	SW	1	teſt. opac. nub.	
24	8	.95	87	24	ENE	1	ſudum cœlum.	id.
	2	.96	89	26	S	1	id.	
25	8	30.08	88	30	SSW	1	ſparſ. tenuib. nub.	2 p. m. mercurius in thermometro cum ſub terra 1 unc. ſurgit ad 12 10. et radiis ſolis expoſitus ad 11 10.
	2	.08	91	26	S	1	ſudum cœlum.	
26	8	.08	87	33	SW	1	id.	id.
	2	.01	95	25	SW	2	id.	
27	2	—	95	—	—	—	—	4 p. m. magn. imber; cum ingent. tonitru et fulgure.
28	8	29.90	79	48	W	2	ten. nub. ſparſ.	
	2	.88	94	25	W	2	id.	1 p. m. jucund. imber.
29	2	.93	89	28	SE	2	opac. nub. ſparſ.	
30	2	30.05	89	30	E	1	id.	

JULIUS.

1	8	30.10	89	28	SW	1	opac. nub. ſparſ.	
	2	.05	91	27	SSE	1	id.	
2	9p. m.	.00	79	24	NW	5	obduct. opac. nub.	Ingens tonitr. et fulgur. cum pluſ.
3	8	.00	88	37	S	1	teſt. ten. nub.	
	2	.00	93	30	S	2	ſere teſt. opac. nub.	ab 8 p. m. ad 1 a. m. ingens tonit. et fulg. cum pluſ. ſere continua.
4	8	.00	87	36	SW	2	id.	
5	8	.05	85	38	N	1	id.	2 p. m. fulgur in occident.
	2	.03	87	33	S	1	opac. nub. ſparſ.	
6	8	.10	83	46	SW	1	id.	hac nocte eadem cum poſtremo.
	2	.10	81	44	S	0	id.	
7	8	.08	81	45	ſilens		id.	ab 1 p. m. ad 2 pluit cum tonit. et fulg.--- hac nocte tonitr. cum fulg.
	2	.00	77	45	id.		obduct. opac. nub.	
8	8	29.98	73	50	N	3	id.	Imbres intercurreunt per diem cum tonitru et fulgure.
	2	.94	80	38	N	1	id.	

EPHEMERIDES METEOROLOGICAE JULIUS.

<i>Dies mensis.</i>	<i>Hore obserpat.</i>	<i>Altitudo</i>			<i>Genera ventorum.</i>		<i>Facies cœli.</i>	<i>Tempestas.</i>
		<i>Barometri</i>	<i>Thermometri</i>	<i>Hygrosopi</i>				
9	2	30.00	84	32	E	1	ten. nubib. sparſ.	fulgur. meridional. hac nocte.
10	8	.05	74	46	NE	1	obduct. opac. nub.	nunc pluit.
	2	.08	82	38	E	1	id.	id. cum fulgur. hac nocte.
11	8	.16	87	38	S	1	opac. nub. sparſ.	a. m. imber jucund.
	2	.17	88	35	SE	2	id.	
12	8	.20	87	34	E	1	id.	
	2	.15	88	34	SE	1	ten. nub. sparſ.	
13	8	.16	84	38	NE	1	id.	
	2	.16	87	32	E	1	id.	
15	8	.13	85	35	S	1	id.	a. m. ten. imber.
	2	.13	85	34	S	2	id.	
16	8	.11	85	36	SE	1	id.	id. 6 a. m.
	2	.05	87	35	SW	1	id.	10 a. m. jucund. imber.
17	8	.00	81	43	NW	1	teſt. opac. nub.	12 m. id.
	2	29.98	81	40	S	1	id.	
18	8	30.03	85	36	E	1	opac. nub. sparſ.	
	2	.00	87	32	SE	1	ſudum coelum.	
19	8	.05	85	34	ſilens		opac. nub. sparſ.	
	2	.05	89	29	S	1	id.	
20	8	.08	87	30	S	1	id.	
	2	.05	90	28	SSE	1	id.	
21	8	.05	83	38	SW	1	teſt. opac. nub.	
	2	.04	92	29	S	2	opac. nub. sparſ.	
22	8	.04	78	44	N	2	teſt. opac. nub.	10 a. m. magn. imber.
	2	.05	85	34	E	2	opac. nub. sparſ.	
23	8	.11	81	33	NE	3	id.	
	2	.11	87	30	E	2	id.	
24	8	.11	85	30	SSE	1	id.	
	2	.11	86	29	SE	2	id.	
25	8	.10	85	34	E	1	id.	
	2	.05	89	30	S	1	id.	
26	8	.02	83	38	SW	1	ten. nub. sparſ.	pluit cum ingent. tonitru et fulg.
	2	29.92	93	35	SW	1	id.	ab 9 p. m. ad 1 a. m.
27	8	.93	78	46	NW	1	teſt. opac. nub.	p. m. pluit.
	2	.87	87	38	S	1	id.	fulgur hac nocte.
28	8	.80	77	44	SW	1	id.	pluit ab 10 a. m. ad 8 p. m.
	2	.75	79	44	S	1	id.	
29	8	.70	79	48	W	1	id.	pluit per diem, ſol intercurr.
30	8	.95	82	40	W	1	opac. nub. sparſ.	10 a. m. jucund. imber.
	2	.94	90	34	S	2	ten. nub. sparſ.	
31	8	30.06	82	42	W	1	id.	1 p. m. imber cum tonitr. et fulg.
	2	.03	87	35	S	2	opac. nub. sparſ.	2 p. m. tonitr. et fulg.

EPHEMERIDES METEOROLOGICAE.

AUGUSTUS.

Dies mensis.	Horæ observat.	Altitudo			Genera ventorum.	Facies cœli.	Tempestas.
		Barometri	Thermometri	Hygrosopi			
1	8	30.07	82	42	NE 1	opac. nub. sparſ.	8 a. m. tonitr. et fulg. 11 a. m.
	2	.00	79	45	N 1	fere tect. opac. nub.	pluit et imbres per diem intercur.
2	2	29.93	80	44	E 1	opac. nub. sparſ.	pluit per tot. fere a. m. cum to-
							nitr. et fulgur.
3	8	.93	82	42	WNW 1	ſudum cœlum.	
	2	.89	89	35	S 2	opac. nub. sparſ.	
4	8	.95	85	36	SW 1	id.	
	2	.93	90	32	SSW 3	ſudum cœlum.	
5	8	.95	85	39	W 1	id.	ab 5 p. m. fere per tot. noct.
	2	.90	92	32	SW 2	ten. nub. sparſ.	pluit cum tonitr. et fulgur. ter-
							ribil.
6	8	.91	79	45	N 1	tect. opac. nub.	
	2	.90	81	40	N 3	id.	
7	8	.94	71	46	NE 2	id.	
	2		90		NE 3	ſudum cœlum.	fulgur. meridional. hac noct.
8	8	30.04	73	27	NE 2	ten. nub. sparſ.	
	2	.02	81		N 2	id.	
9	8	.05	75	34	NNW 1	id.	
	2		82				
10	2	.04	83	26	NE 1	id.	
11	8	.02	77	34	ENE 2	obduct. opac. nub.	ab 12 m. fere per tot. diem et
							noct. pluit. — fulgur. hac noct.
12	8	29.93	73	46	NE 1	tect. opac. nub.	imbres per diem intercurrent.
	2	.87	73	51	NE 1	id.	
13	8	.93	71	46	NE 1	id.	id.
	2	.95	75	45	NE 1	id.	
14	8	30.03	75	48	NE 1	opac. nub. sparſ.	
	2		81		NE 1	id.	imber jucund. p. m.
15	8	.05	75	47	NE 1	id.	
16	8	.05	82	44	SE 1	id.	
	2	.01	88	35	S 2	id.	fulgur hac nocte.
17	2	29.97	87	35	S 3	id.	12 m. imber cum fulgur.
							mult. pluv. hoc vesp.
18	2	.84	86	36	SSW 3	id.	
19	8	.93	73	45	NE 1	ten. nub. sparſ.	
	2	.95	79	34	S 2	id.	
20	2	30.04	81	31	ESE 2	id.	
21	8	.12	74	31	NE 3	tect. opac. nub.	
22	2	.12	85	30	SE 2	opac. nub. sparſ.	
23	2	.15	85	30	ENE 4	opac. nub. sparſ.	

EPHEMERIDES METEOROLOGICAE AUGUSTUS.

Dies mensis.	Horæ observat.	Altitudo			Genera ventorum.	Facies cœli.	Tempestas.
		Barometri	Thermometri	Hygroscoopi			
24	8	30.16	77	35	NE 1	id.	
25	2	.13	84	31	SE 2	id.	
26	8	.08	76	50	WNW 1	fudum cœlum.	postrem. noct. opac. nebula.
27	2	.00	88	28	SE 1	opac. nub. spars.	
29	8	29.95	79	39	SW 1	ten. nub. spars.	
	2	.93	87	30	SW 3	id.	fulgur hac nocte.
30	2	.93	85	35	S 3	opac. nub. spars.	8 a. m. imber magnus.
31	8	.99	77	45	SSW 1	id.	Halo.

S E P T E M B E R.

2	2	30.13	85	35	E 2	opac. nub. spars.	mult. fulgur. hac nocte.
3	2	.11	81	37	E 1	obduct. opac. nub.	11 a. m. imber. jucund.
							fulgur. hac nocte.
4	8	.06	77	42	NNE 1	opac. nub. spars.	
	2	.00	82	35	SSE 1	id.	
5	8	29.91	75	42	NW 1	id.	10 a. m. jucund. imber.
	2	.89	82	32	NE 1	id.	
6	8	30.00	65	32	NE 3	ten. nub. spars.	
	2	29.97	75	28	NE 2	id.	
7	2	30.04	73	26	S 1	fudum cœlum.	
8	8	.09	75	35	NE 1	id.	
	2	.05	84	30	SE 2	ten. nub. spars.	
9	8	29.95	70	33	ENE 1	id.	
	2	.98	84	29	E 1	id.	
10	8	30.00	72	34	S 1	opac. nub. spars.	
	2	.05	86	30	ESE 1	id.	fulgur. hac nocte.
11	2	.07	82	31	ENE 1	id.	
12	8	.04	74	36	NE 0	fudum cœlum.	
	2	.03	82	32	SE 2	opac. nub. spars.	
13	8	.00	75	41	NE 1	fudum cœlum.	
	2	29.98	81	32	SE 2	opac. nub. spars.	
14	8	30.02	74	41	NNE 1	ten. nub. spars.	
15	8	.06	74	40	NNE 1	fudum cœlum.	
	2	.06	79	30	SSE 2	id.	
16	8	.08	81	30	SE 2	id.	
	10 p.m.	.09	73	37	silens	id.	
17	8	.10	71	45	N 1	id.	
	2	.05	84	28	WSW 1	id.	
18	8	29.97	72	39	N 1	id.	
	2	.93	86	29	NE 1	opac. nub. spars.	

EPHEMERIDES METEOROLOGICAE. S E P T E M B E R.

Dies mensis.	Hore observat.	Altitudo			Genera ventorum.	Facies cœli.	Tempestas.
		Barometri	Thermometri	Hygroscoopi			
19	8	29.83	76	40	NNW 1	id.	
	2	.80	81	35	NE 1	tect. opac. nub.	
20	8	.73	73	40	NW 3	ten. nub. spars.	
	2	.70	84	30	SW 3	id.	
21	8	.77	58	30	NNW 2	fudum cœlum.	
	2	.80	79	27	N 1	id.	
22	2	.97	79	22	S 1	id.	
23	8	30.06	71	32	WNW 1	id.	
	2	.00	80	23	SSE 1	id.	
24	8	.12	74	34	NE 1	ten. nub. spars.	
	2	.09	81	28	E 2	id.	
25	8	.08	73	39	NE 1	id.	
	2	.02	80	28	SE 3	id.	
26	8	29.97	75	42	NW 1	tect. opac. nub.	magn. pluv. per tot. fere a. m.
	2	.87	77	42	SE 1	id.	
27	8	.90	71	47	NNE 1	id.	id. per tot. postrem. noct.
	2	.90	66	42	N 1	id.	
	9p.m.	.99	56	42	NE 3	id.	
28	8	30.08	52	37	NE 3	fudum cœlum.	
	2	.08	65	30	NE 2	id.	
29	8	.23	55	25	NE 3	id.	
	2	.24	66	25	E 2	id.	
30	8	.23	57	28	NNE 1	id.	
	2	.23	71	21	NNE 1	ten. nub. spars.	

TAB. I. denotat uncias et denarios pluviae altitudinem anno 1745.

Junius	7.510	Augustus	9.338
Julius	6.771	September	0.752

TAB. II. exhibet altitudinem maximam et minimam thermometri Farenheitii, cum directione et vi ventorum eodem tempore.

Menses.	Altit. max.	Genera ventorum.	Altit. min.	Genera ventorum.
Junius	96	NW 1	71	N 1
Julius	93	S 2	73	N 3
Augustus	92	SW 2	71	NE 2
September	86	ESE 1	52	NE 3